9440 d. m.[1] et memoriae aeternae | C. Marti Valeri qui et | Viventi vano signo[2] | cognominatus, ani|mae innocentissi|mae et infanti dulcis|simo et desiderantissi|mo non solum a paren|tibus sed et ab amicis, qui | amissionem eiius *(sic)* flagi|tant, q. vixit annis VI | m. I d. X ut subita valetudin[*e*] | sit abreptus, C. Martius | Toutedo et Mercator.[3] | Ateurita parentes mi|serrimi amisso filio | fecer. et sibi vivi posue|runt et sub ascia dedika|verunt. Bene vale, | anima dulcissima.

Lugduni in colle Fourvière rep. (Fabia comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1911 p. 432). — 1) d. *a sinistra,* m. *a dextra.* — 2) *Cf. N. 8021. 9022 v. 7.* — 3) *Mercatoria.*

9441 d. m. | Euhelpisti lib. qui et Manes, vixit annis XXVII | mens. IIII dieb. XI,

florен|tes annos mors subita | eripuit,

anima inno|centissima, quem | medici secarunt | et occiderunt[1]. | P. Aelius Aug. lib. Peculiaris | alumno suo.

Prope Romam trans pontem Milvium rep. (Notizie degli scavi 1911 p. 68 n. 1). — 1) *Cf. titulum Nicomediensem III S. 14188:* precisus a medico = τμηθὶς ὑπὸ ἰατροῦ.

9442 *(in sima partis adversae)* have Eugami[1], dulcissima infas! *(in media fronte)* cyria chaere Iuliane[2]! | Sosiae Iulianae filiae dulcis|simae, quae vix. ann. IIX m. IV d. XXVII, | et Tetratiae Isiadi coiugi | castissimae, matri eius, | C. Sosius Iulianus vivus p. *(a dextra homo volumen inscriptum manibus tenens, a sinistra femina psallens; tam huic quam illi superscripti litteris Latinis multi versus Graeci, nondum plene lecti. In latere sinistro sarcophagi: femina sedens in cathedra; in sima scriptum)* Memphi[3]. *(In latere dextro sarcophagi: eadem ut videtur femina in sella sedens; coram ea stat medicus, oculum ut videtur eius curans; in sima scriptum)* Memphi[3] — Glegori[4] *(sic). (In parte aversa sarcophagi):* cyria chaere Iuliane! | Sosiae Iulianae *(et reliqua quae supra).*

Ravennae rep. in ecclesia S. Victoris (Amaducci bollettino d'arte del Ministero della pubbl. istruzione 1907 fasc. IV). — 1) *Signum ut videtur Iulianae.* — 2) *Κυρία χαῖρε Ἰουλιανή.* — 3) *Signum ut videtur Isiadis,* 4) *signum medici.*

9443 d. m. | Ortygiae et | Arethusae[1] ge|mellabus Cale|stria Evangelis | filiabus fecit, vix ann. XXI mens. X[2], | itu ambitu . . .

Romae rep., inter portas S. Laurentii et Maiorem (Gatti Bull. comunale 1911 p. 210). — 1) *A locis celeberrimis urbis Syracusanae nomina puellis his imposita.* — 2) *Aetatem matris significari putat Gatti.*

---

archive.org